quondam comitisse Blesensis, presentem paginam sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini M° CC° XXIII° mense marcio.

*Archives Nationales*, M. 14, n° 39, parchemin, vidimus daté de 1247, mense decembri, délivré par l'abbé de Sainte-Geneviève de Paris.

## XCIII

Mars 1223 (N.-S. 1224).

I — « *Le don que le vicomte fist de la justice de la Bouessière.* »

Omnibus presentes litteras inspecturis, Gausfridus vicecomes Castriduni et Clementia uxor ejusdem, quondam comitissa Blesensis nunc vicecomitissa Castriduni, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos omnem jurisdictionem et justiciam, quoquo modo habeamus in burgo de Buxeria, sito prope villam Castriduni, fratribus milicie Templi quittamus, concedentes et volentes quod nec aliquis nomine nostro super jurisdictione et justicia ipsa ipsos fratres de cetero molestare presumat. Ego autem Clementia, quondam comitissa Blesensis nunc vicecomitissa Castriduni, de mandato domini mariti mei sepedicti, quicquid juris habeo et habere debeo racione dotalicii, fide mea interposita, ipsis fratribus quito et concedo, ita quod ego nec per me nec per alium ipsos fratres super premissis de cetero molestabo. Quod ut ratum et stabile permaneat, de commune assensu et voluntate nostra, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo tercio, mense marcio.

*Archives Nationales*, M. 14, n° 38, parchemin, sceau bien conservé en cire verte avec le contre-sceau où l'on voit distinctement les burelles et les merlettes (Voir notre étude : *Les sceaux Dunois*).

II. — « De la justice de la Bouessière »

Universis presentem paginam inspecturis, Clemencia quondam comitissa Blesensis nunc vicecomitissa Castriduni, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum inter dominum et maritum meum Gaufridum, vicecomitem Castriduni et me, ex parte una, et fratres milicie Templi de Buxeria, ex altera, super jurisdictione et justicia burgi de Buxeria, site propre villam Castriduni, questio verteretur, tandem de bonorum virorum et prudentum consilio inter nos amicabilis compositio intervenit que scripta est et domini mei predicti sigilli munimine roborata. Ego autem composicionem, elemosinam et concessionem illam, sicut verbo ad verbum in carta domini mei Gaufredi vicecomitis Castriduni plenius continetur, ratam habens et firmam ipsam volo et concedo in perpetuum inviolabiliter observari. Et quicquid juris habeo et habere debeo ex parte ejusdem vicecomitis, racione dotalicii, de mandato sepedicti domini mei, fide mea interposita dictis fratribus milicie Templi quito et concedo jure perpetuo possidendum. Quod ut ratum et stabile permaneat, presentem paginam sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo tercio, mense marcio.

*Archives Nationales*, M. 14, n° 37, parchemin, sceau perdu.

## XCIV

Mai 1224.

*Philippe Eudes et Paulin de la Broce donnent aux Templiers douze sols de rente sur la Harengerie de Châteaudun.*

De XII solidis in harencheria Castriduni.

Ego Gaufridus, Castriduni vicecomes, notum facio omnibus, tam futuris quam presentibus, quod Phylippus de Brocea[1], miles, et Odo de Brocea, et Poolinus de Brocea, milites, fratres, dederunt pro amore Dei et pro salute animarum suarum, et parentum, et antecessorum suorum, ac in puram et perpetuam elemosinam concesserunt, Deo et fratribus milicie Templi, duodecim solidos dunensis monete, redditus annui, in harenchagio de Castroduni, in octabis omnium sanctorum apud Castridunum, annis singulis capiendos. Hanc autem elemosinam ego approbavi, volui et concessi. Et ut hoc donum in perpetuum stabile sit ac firmum, ego litteris id ipsum presentibus commendavi ac sigilli mei munimine confirmavi. Actum Castriduni anno gratie M° CC° XX° quarto, mense maio.

*Archives Nationales*, S. 5000 A. n° 11, parchemin muni d'un cordonnet tissé, rose et vert.

## XCV

Juin 1224.

*Guillaume de Chapelain et Jean de Pierrefond, chanoine de Chartres, concluent un accord entre l'abbaye de Saint-Germain des Près et les frères Hospitaliers de Mantes pour la jouissance de deux maisons que ceux-ci abandonnent aux religieux de Saint-Germain-des-Prés, sauf la justice et moyennant une rente de 20 sols parisis que les moines devront verser au precepteur de l'Hôpital en Chartrain.*

[1] Brocea, Brosia la Broeesse, aujourd'hui La Bouaze, hameau de la paroisse de Saint-Valérien de Châteaudun. Paulin de la Brouaze est témoin en 1222 de la charte 232 du *Cartulaire Dunois*.

Universis sancte matris Ecclesie filiis presentes litteras inspecturis, Oddo, miseratione divina Sancti-Germani de Pratis Parisiensis humilis abbas, et totus ejusdem loci conventus, eternam in Domino salutem. Universitati vestre notum facimus quod discordia que vertebatur inter nos, ex una parte, et venerabiles viros magistrum et fratres Hospitales Iherosolimitani, ex altera, coram venerabilibus viris decano Guillelmo de Capellano et Johanne de Petrafontis,[1], canonicis Carnotensibus, judicibus a domino papa delegatis, super duabus domibus quas nos tenemus apud Medontam, in censiva eorum sitis, que quondam fuerunt Alberti de Pravino, et quadam domo que fuit Willelmi Bigot, et platea que fuit Hugonis Camoth, de bonorum virorum consilio, amicabili composicione in hunc modum terminata est et sopita, videlicet quod ipsi magister et fratres supra dicti qui consilio pro bono pacis concesserunt nobis et ecclesie nostre predictas domos cum platea in perpetuum quiete et pacifice possidendas, tali condicione opposita quod nos singulis annis preceptori eorum Carnotensi, vel ejus locum tenenti, in festo sancti Remigii, pro censu et pro omnibus aliis consuetudinibus, viginti solidos Parisienses persolvemus, salva tamen eis justicia sua in domibus supradictis. Ad majorem autem rei geste certitudinem et perpetuam firmitatem presentes litteras eisdem concessimus in testimonium sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum Parisiis, anno Incarnati Verbi millesimo du-

[1] *Jean de Pierrefonds* était déjà chanoine en 1206 (*Cartul. de N.-D.* II, p. 32). Dans le *Nécrologe* (III, p. 140) au 15 juillet, il est cité comme chanoine et sous-diacre ; il donna 50 livres à distribuer aux chanoines qui assisteraient à son anniversaire.

*Guillaume de la Chapelle* ou Chapelain ne paraît comme chanoine qu'en 1213. Son obit est inscrit au 18 septembre dans le *Nécrologe*. Il donna pour son anniversaire au chapitre plusieurs biens scis à Corencez, Champseru et Umpeau.

centesimo vicesimo quarto, mense junio, teste universitate capituli nostri. Datum per manum Guillelmi de Vernoto, notarii nostri.

*Archives Nationales,* S. 4982, nº 1, parchemin, vidimus daté de 1373.

## XCVI

Août 1224.

*Don par Bouvet de Mochet, chevalier de toutes ses possessions dans le bois de Dourdan, près la forêt de Gouet; et échange par Guillaume de Bruière de dix deniers de cens à percevoir sur ce bois pour dix autres deniers sur les vignes de Mont-Taillier.*

Stephanus, Dunensis decanus, universis presentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Ad singulorum noticiam volumus pervenire quod Bovetus Mocheti, miles, et A. uxor sua, de assensu filiorum suorum, caritative contulerunt et concesserunt fratribus milicie Templi quidquid habebant in nemore de Dordan, quod juxta forestam Goeti situm esse dignoscitur, libere... possidendum. Guillelmus vero de Brueria et A., uxor sua, similiter coram nobis constituti, eisdem fratribus, ad preces dicti B. Mocheti, caritative contulerunt decem denarios quos supra nominatum nemus solebant annuatim percipere censuales, libere... possidendos, tali adhibita pactione, quod nominati B. Hocheti et A., uxor sua, de assensu filiorum suorum, dederunt nominatis G. de Brueria et P., uxori sue, in escambium, pro decem denariis superius nominatis, decem denarios censuales sitos super vineis de Monte-Tailleir, quos filii defuncti Gervasii de Mortua-Aqua, vel illi qui post ipsos nominatas vineas possidebunt, tociens dictis G. de Brueria et P. uxori vel eorum heredibus in eodem termino quo dicto

B. Mocheti solebant persolvere, annuatim reddere de cetero tenebuntur... sigillum nostrum. Actum anno gracie M. CC. XXIV, mense augusto.

*Archives Nationales*, S. 4999, A. 47.

## XCVII

### Novembre 1224

*Guillaume de Morville et Robert son fils font aux Templiers l'aumône d'une vigne sise près Châteaudun, au guet Valin.*

Ego Guillelmus de Monhervilla[1], miles, notum facio omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego pro remedio anime mee antecessorumque meorum, concedente et laudente Roberto de Mohervilla, milite, filio meo, dedi et concessi in firmam, puram et perpetuam elemosinam, Deo et beate Marie et fratribus milicie Templi, vineam meam sedentem apud Castridunum, sitam juxta vadum Vaalin, predictorum fratrum in censiva. Quod ut ratum et firmum in posterum habeatur, eisdem fratribus litteras meas dedi impressione sigilli mei roboratas. Actum anno Domini M° CC° XX° IIII, mense novembri.

*Archives Nationales*, S. 5000, A, n° 1 ; parchemin scellé sur lacs de soie rouge, d'un sceau en cire verte, dont l'ecu est lozangé ou fretté.

## XCVIII

### Janvier 1226 (N.-S. 1227).

*Garnier de Boillonville donne aux Templiers la moitié de ses pres, sis au gué Valin, et leur vend l'autre moitié pour 30 livres*

[1] Mohervilla se traduit *Montharville* ou de préférence *Morville*. Guillaume de Morville, neveu de Robert du Mée, possédait un étal en la boucherie de Châteaudun, sur lequel il donna, en 1210, 25 sols de rente à la Madeleine de Châteaudun (*Cartul. B. M. Magdalene*, p. 68, note 2). En 1212 il est qualifié de chevalier, *miles* ; il portait, comme on le voit ici un écu armorié. Son fils Robert est également chevalier.

*tournois ; il s'engage à faire ratifier ce contract par Gohier de Boillonville, son neveu, alors en bas âge, et seigneur féodal.*

Universis tam futuris quam presentibus presentes litteras inspecturis, Gaufridus Dunensis archidiaconus, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Guarnerius de Boillonvilla, pro amore Dei et salute anime sue et parentum et antecessorum suorum, laudante et concedente uxore sua Margarita, pratorum quorumdam que habebat apud Vadum Vaalini medietatem unam Deo et fratribus milicie Templi in perpetuam contulit elemosinam, medietatem vero alteram eorumdem pratorum dictis fratribus vendidit pro triginta libris turonensibus jam solutis, fide media sese astringens erga fratres perdictos, sub pena viginti librarum, quod, quando Gocherius de Boillonvilla[1], nepos ejusdem Guarnerii, de cujus feodo sunt prata predicta, in perfectam etatem excreverit, dicta prata dictis fratribus ab eodem Gocherio quittari omnino faciet et concedi ; et de hoc etiam plenius exequendi dedit idem Garnerius dictis fratribus plegios, fide astrictos, et sub pena predicta viginti librarum, Hubertum Peirier, Johannem Peirier et Reginaldum de Maceriis. Preterea Margarita, uxor Garnerii jam predicta, dotalicium, si quod habebat in predictis pratis, et quicquid juris ibidem habere poterat, dictis fratribus quittavit in perpetuum, ac concessit, fide data in manu nostra confirmans, quod ipsa in pratis sepedictis nichil unquam de cetero reclamabit. Quod totum in nostra factum presencia, ut stabile sit et firmum, nos ad petitionem fratrum, id ipsum litteris traditum presentibus sigilli nostri mu-

[1] Gohier de Boillonville, neveu de Garnier et de Marguerite, qui paraît ici trop jeune pour faire un acte légal, est qualifié de chevalier, *miles*, dans une charte de 1248 du *Cartulaire de la Madeleine*, page 141, note.

nimine duximus roborandum. Actum anno gracie M° CC° vicesimo sexto, mense januario.

*Archives Nationales,* S. 5000 A, n° 12.

XCIX

Juillet 1227.

*Arnoul d'Orleans et Isabelle sa femme donnent aux Templiers 15 deniers de cens qu'ils ont achetés à Gillon Reune.*

Juillet 1227.

Omnibus... Galterius divina miseratione Carnotensis ecclesie minister, salutem in Domino. Noverint universi quod Arnulphus de Aurelianis et Isabella ejus uxor, in nostra presentia constituti, XV denarios censuales in vineis dicti Arnulphi, ante pressorium Theobaldi Perier sitis percipiendos... fratribus militie Templi dederunt, quos ipsis vendiderunt Gilon Reune et ejus uxor Maria. Hanc venditionem voluerunt filii Gilonis et Marie, Arnulphus, Radulphus Parvus, Ermengardis filia... Gervasius de Cubitis miles, de cujus feodo predictus census movet... approbavit. Actum anno Domini M CC XX VII, mense julio.

*Archives Nationales,* S. 4999 A, n° 33.

C

Septembre 1227.

*Accord entre Henri, d'Illiers, et Arnoult Mellé, pour une terre à Sours.*

Omnibus presentes litteras inspecturis, Rag(inaldus), succentor Carnotensis, salutem in Domino. Noverint universi quod cum Henricus, persona de Yllesiis, traheret

in causam Arnulphum Melle coram judicibus Nivernensibus, super quadam terra sua apud Soors, quam (pater .. ipsius Henrici vendiderat eidem Arnulpho, precio XXI librarum, tandem, post multas altercationes, de consilio bonorum virorum et nobis mediantibus, compositum fuit inter ipsos in hunc modum, ita quod idem Arnulphus dedit eidem Henrico LX solidos Carnotensium et dictus Henricus quittavit eidem dictam terram, ita quod idem Arnulphus de ea possit de cetero ad suam disponere voluntatem scilicet vendere pignorare, in elemosinam dare, vel ad vitam si ei placuerit possidere... In cujus rei testimonium presentes litteras, ad peticionem parcium, fecimus sigilli nostri munimine roboravi. Actum anno gracie M° CC° XX° VII°, mense septembri.

*Archives Nationales*, M, 14, n° 40.

## CI

### Mars 1227 (N.-S. 1228).

*Vente par Pierre de Bullou et Jeanne sa femme aux Templiers de la Boissière, pour 27 livres tournois, d'une vigne sise pres de Châteaudun, entre le gué Valin et la Boissière.*

De vinea de vado Vaalin

Goherius, Castriduni decanus, omnibus presentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod Petrus de Bullou, miles[1] et Johanna, uxor ejus, in nostra presentia constituti, concedentibus et laudantibus Nicholao et Gaufredo, dicti Petri fratribus, et Amelina, sorore sua, vendiderunt pro viginti

[1] Pierre de Bullou « Petrus de Bullo miles », donna un titre nouvel de cette vente en son nom personnel, en mai 1228, dans des termes presque identiques. (*Arch. Nat.*, S. 5000 A, n° 15).

sex libris Turonensium fratribus milicie Templi de Buxeria Castriduni, quamdam vineam sitam apud Castridunum, inter vadum Vaalin et Buxeriam, in censiva dictorum fratrum, libere, quiete et pacifice, jure hereditario, in perpetuum possidendam. Predictus vero Petrus et Johanna, uxor sua, in manu nostra fidem prestiterunt corporalem quod in dicta vinea, nec per se, nec per alios, occasione dotalicii, sive racione alia, aliquid de cetero reclamarent, nec dictos fratres supra dicta vinea in aliquo de cetero molestabunt, sed contra omnes, pro posse suo, ad usus et consuetudines Dunenses, salvis sumptibus, garendirent. Testes vero hujus rei sunt qui presentes adfuerunt : Daniel, presbiter de Sancto-Avito, frater Nanterius, Simon clericus de Buxeria, Guillelmus Brito. Quod ut ratum et firmum in posterum habeatur, ad peticionem partium, litteras istas fecimus annotari et sigilli nostri munimine roborari. Actum anno Domini M° CC° vicesimo septimo, mense martio.

*Archives Nationales*, S. 5000 A. n° 14.

## CII

### Avril 1228.

*Geoffroy de la Boullaye vend à Hervé de Châteauneuf, son fief et domaine de Champseru.* (Bibl. Mazarine, mss. 3367, f° 47 v°.

Ego Gaufridus de Bouleia notum facio quod ego vendidi nobili viro Herveo de Castello-Novo, Brurolis et Feritatis domino, omne illud quod habebam apud Chanserru, feodum et dominium, pro L libris Turonensium, scilicet feodum Galteri de Villemeut, militis, et feodum domine Germane, sororis mee, et feodum Raginaldi le

Bordier . assensu, et voluntate Agnetis, uxoris mee, et Andree filii mei primogeniti... sigillorum nostrorum munimine...

Datum anno Domini M° CC° XX° VIII^to^, mense aprili.

*Archives Nationales,* S. 4976, n° 3. Original en parchemin, autrefois scellé de deux sceaux sur queues de parchemin.

CIII

Novembre 1228.

Accommodement fait entre les Frères de Jérusalem de Saint-Victor de Villedieu, de Manou, d'une part, et Ancelin de Milliac-Guilliac, chevallier, d'autre part, portant que les vassaux dudit Ancelin de Saint-Victor pourront revenir sur leurs biens propres à cultiver les terres qui sont sur le fief dudit Ancelin, ou les donner à cultiver aux vassaux desd. Frères, sans préjudice au droit dudit Ancelin, qui pourra disposer à sa volonté de ce qui reviendra de terre par la suitte à son fief, sans néanmoins les donner à cultiver à d'autres métayers que ceux dudit Temple au deffault de ses vassaux et autres clauses fort nombreuses énoncées au présent acte passé l'an 1228, au mois de novembre.

*Biblioth. Mazarine,* mss. 3367, f° 75 v°.

CIV

29 septembre 1229.

*Simon Burgevin, curé de Saint-Martin-le-Viandier, reconnaît devoir au Temple de Sours 12 deniers de cens pour une maison, rue de la Cordonnerie.*

Omnibus... Noverit universitas quod Simon Burgevin, presbiter Sancti-Martini-Vitam-Dantis ... recognovit quod fratribus milicie Templi de Sors debebat XII

denarios censuales in festo Sancti-Martini hyemalis, pro domibus in Cordonaria sitis, que fuerant Marie Burgevin, matris ejus .. Actum in festo sancti Michaelis, anno Domini M CC XXIX.

*Archives Nationales*, S. 4999 A, n° 32.

## CV

28 octobre 1229.

*Le comte Thibaud vend aux Templiers son droit de gruerie dans ses bois pour le prix de dix mille livres parisis*

Ego Theobaldus, Campanie et Brie, comes palatinus, notum facio universis tam presentibus quam futuris quod ego fratribus milicie Templi vendidi omnem griariam quam habebam in nemoribus eorum, ubicumque sita sint, in potestate mea, pro decem millibus librarum Parisiensium, de quibus gratum meum fecerunt ad plenum, ita quod in perpetuum de dictis nemoribus de cetero possint libere facere voluntatem suam in incidendo, vendendo, et ad terram arabilem redigendo, et de glande et de pastu, ita quod neque ego neque heredes mei possimus venire contra vendicionem istam. In cujus rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes litteras feci confici et sigilli mei munimine roboravi. Actum Meleduni, anno Domini M° CC° vicesimo nono, mense octobris, in festo beatorum apostolorum Symonis et Jude.

*Archives Nationales*, M, 14, n° 41, dans un dossier relatif à Sours.

## CVI

Novembre 1229.

*Robert de Dreux et Gilles, son fils aîné, vendent aux Templiers leur dîme de Sours pour 130 livres parisis Guillaume de Chartres, chevalier, seigneur féodal, approuve cette vente et cède tous ses droits pour 40 livres parisis.*

Ego Robertus de Drocis, miles, omnibus notum facio quod cum me desesivissem decima mea, que est in parrochia de Soors, et de ipsa decima Egidium filium meum primogenitum sesivissem, postmodum fratribus milicie Templi ego et idem filius meus eamdam decimam pro centum et triginta libris parisiensium, de quibus pagati sumus, ad usus et consuetudines Carnotenses vendidimus, Guillelmo de Carnoto milite, de cujus feodo predicta movet decima, presente et vendicionem nostram approbante et concedente, qui predictis fratribus quidquid juris habebat in predicta decima et habere poterat pro XL libris parisiensium vendidit, ad usus et consuetudines Carnotenses, et ego et dictus Egidius filius meus primogenitus fidem prestitimus corporalem quod in dicta decima . . nihil reclamaremus.... Hanc autem venditionem, Thomas filius meus et Agnes et Ysaeva filie mee eorumque mariti Gaufridus Escorfaut et Petrus de Alneolo, et tercia filia mea Ascelota approbantes... promiserunt quod. . dictam venditionem oubservarent (*sic*)... In cujus vendicionis testimonium et munimen dictis fratribus presentes dedimus litteras in sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum anno Domini M. CC° XX° nono, mense novembri.

*Archives Nationales*, M. 14, n° 42, parchemin scellé de deux sceaux, l'un à l'écu chargé d'une face avec six croissants en orle, la légende effacée ; le 2e porte au centre un oiseau soutenu par une main, accompagné en avant par une fleur, en arrière par un lévrier ; légende.. ROBERTI DE DREVS. MILIT.

L'acte fut approuvé : 1° par Guillaume de Chartres : « Ego Guillelmus de Carnoto miles . . . concedentibus et laudantibus Petronilla, uxore mea, et filio meo Roberto et fratribus meis Evardo, milite, et Raginardo, canonico Carnotensi, et sororibus meis Margareta, Ysabella et – (*sic*) Actum anno Domini MCCXXIX, mense novembri.

*Archives Nationales*, M. 14, n° 43.

Et 2° de nouveau par Gautier, évêque de Chartres, qui nous fait connaître des membres nouveaux de ces deux familles : « Galterus . Carnotensis ecclesie minister humilis approbamus ... et ad petitionem dictorum Roberti de Drocis militis, et Egidii ejus filii, et Guillelmi de Carnoto militis, et Aupes uxoris dicti Roberti, et Odeline uxoris dicti Egidii, et Thome filii, et Agnetis et Ysaeve, filiarum dicti Roberti earumque maritorum, videlicet Gaufridi Escorfaut et Petri de Alneolo, presentes litteras dedimus sigilli nostri munimine roboratas . Datum anno Domini M° ducentesimo vicesimo nono, mense decembri.

*Archives Nationales*, M, 14 n° 43.

## CVII

### Vendredi 18 juin 1231

*Geoffroy de Thomas reconnaît aux Templiers de Villedieu en Drugesin le droit d'usage et de pâture dans la forêt de Crevant pour leurs hommes de Marigny et du Bois-Fautray.*

Rog... prior Sancte-Genovefe, et prior Sancti-Eligii Parisiensis, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Universitati vestre notum facimus quod cum causa verteretur coram nobis , auctoritate apostolica, inter fratres milicie Templi, ex una parte, et Gaufridum Thome et Jabelinam, uxorem suam, super usuario Templariorum de Villa Dei in Dorgesino, et hospitum suorum de Marigni, in nemore de Crevant, et pastura animalium, ovium, caprarum, et aliarum pecudum; quod usuarium et que pastura dicebant dicti fratres dictos Templarios de Villa-Dei et hospites suos de Marrigny et de Bosco-Fautre in nemore supradicto debere habere ; tandem, post multas altercationes... prefatus Gaufridus....

quictavit et recognovit predictos Templarios de Villa-Dei et hospites suos de Marrigny et de Boscho-Fautre predictum usuarium... debere habere...... presentes litteras... sigillari fecimus. Actum anno Domini M° CC° XXX° primo, die veneris post octavas Trinitatis.

*Archives Nationales*, S. 4977, n° 26; parchemin autrefois scellé de deux sceaux.

## CVIII

### Décembre 1231.

*Jugement arbitral touchant le cours, l'entretien et le fauchage de la rivière d'Aigue-Morte au profit des Templiers contre les religieux, prieur et couvent de Chamart.*

De sententia lata super controversia inter nos et fratres milicie Templi de Buxeria de falcatione aquarum Mortuæ Aquæ[1].

In nomine Patris, et Filii et Spiritus Sancti, Amen[2]. Noverint universi quod cum controversia verteretur inter religiosos viros preceptorem et fratres milicie Templi de Buxeria, juxta Crastridunum, ex una parte, et priorem et monachos de Chamartio, ex altera, coram abbate et priore Sancte-Genovefe et cantore Parisiensi, auctoritate

[1] En cette même année, au mois d'août 1231, Raoul Gode, sa femme, et ses quatre enfants, Geoffroy, Regnaud, Jean et Jeanne donnèrent aux moines de Saint-Martin de Chemars le droit de faucher l'herbe d'une rive à l'autre, dans le marais « quod gallice vocatur Mortrive ou mieux Morte-ève » (*Biblioth. nationale*, Mss, latin 17.048, f. 309). L'identification avec le marais *Mortua-Aqua* ne nous paraît pas douteuse. Cette acquisition faite par les religieux fut sans doute la cause de contestations immédiates avec les Templiers de la Boissière, et du présent accord survenu au mois de décembre de la même année.

[2] Un autre exemplaire a été donné par l'abbé Marmoutier et commence ainsi : « Universis presentes litteras inspecturis fratres capituli Majoris Monasterii, et frater G. divina permissione minister eorum humilis, salutem in Domino. Notum facimus universis quod cum controversia, etc. » Le exte est semblable, mutatis mutandis. (*Archives nationales*, s. 5000 A. n° 22).

apostolica, super hoc videlicet quod dicti preceptor et fratres de Buxeria conquerebantur de hoc quod dicti prior et monachi de Chamarcio vel eorum mandatum falcari ac curari fecerunt, ut dicebant dicti fratres, in quadam, aqua que appellatur Mortua-Aqua que est ab albario prati Arnulphi Veteris-Auris supra, usque ad aquam que fluit ad molendina dictorum fratrum de Buxeria[1]; tandem de bonorum virorum consilio, predicte partes compromiserunt, in nos, videlicet : Herveum, priorem Beati-Martini de Valle Carnotensi et Nicholaum, priorem domus Leprosorum Castriduni, et fratrem Herbertum de Pontisara, templarium[2], sub hac forma :

Notum sit[3] omnibus quod cum inter venerabiles et religiosos viros fratres militie Templi, ex parte una, et priorem et monachos de Chamartio, ex altera, coram abbate Sancte-Genovefe et conjudicibus suis, auctoritate apostolica, questio verteretur super hoc videlicet quod dicti fratres conquerebantur de hoc quod dictus prior et servientes sui falcaverant et falcari ac curari fecerant in

[1] Un grand pré, en face de la Boissière, sur l'autre rive, s'appelait le pré aux Bouchers. Dans la seconde moitié du XIV[e] siècle, il appartient à Jeanne de Saint-Avit, devenue abbesse du monastère de ce nom, et sœur de Jean de Saint-Avit, évêque d'Avranches. (Marquis, curé d'Illiers).

[2] Au mois de janvier suivant, (1231, n. s. 1232), le prieur de Sainte-Geneviève approuvait la sentence arbitrale et employait les termes de ce préambule.

Universis, etc., abbas et prior Sancte-Genovefe et cantor Parisiensis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum controversia (ut supra)... Herbertum de Pontisara, templarium; et ipsi super premissis et aliis, de bonorum virorum consilio suum arbitrium protulissent, nos ad petitionem utriusque partis ipsorum arbitrium, sicut in eorumdem arbitrorum litteris super hoc confectis plenius continetur, auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa, approbamus et confirmamus. In cujus rei robur et testimonium, predictis partibus presentes litteras concessimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum anno gratie M° CC° tricesimo primo, mense januario. (*Archives d'Eure-et-Loir*).

[3] Un autre exemplaire commence ainsi : « Frater Oliverius de Rupe, domorum militiæ Templi in Francia preceptor, omnibus presentes litteras inspecturis in Domino salutem. Notum facimus universis quod, etc. Datum anno Domini MCCXXXI, mense septembri, de fratrum nostrorum voluntate et assensu. »

quadam aqua que apellatur Mortua-Aqua, que est ab albario prati Arnulphi Veteris-Auris supra, usque ad aquam que fluit ad molendina dictorum fratrum de Buxeria[1], quam injuriam petebant sibi emendari dicti fratres et dampna resarciri ad valorem centum marcarum argenti; tandem de bonorum virorum consilio de hoc emendando et providendo, ne tale quid ulterius attempٖtetur, compromiserunt in bonos viros, videlicet in priorem sancti Martini Carnotensis, electum ex parte prioris et monachorum, et in fratrem Herbertum de Pontisara, templarium, electum ex parte Templariorum, sub pena centum marcarum argenti, et fide corporali prestita, sibi partes invicem promittentes quod quicquid isti duo dixerint. vel ordinaverint, vel statuerint, vel arbitrati fuerint de premissis, partes tenebuntur inviolabiliter observare. Si vero isti duo non possent in unam concordare sententiam, prior domus Leprosorum Castriduni, cum predictis duobus, de consensu partium, tercius adjungetur, cujus dictum cum altero predictorum valebit. Et si aliqua partium vellet a dicto supradictorum resilire, centum marcas argenti parti dictum servanti solvere teneretur. Preterea fuit additum in compromisso a dictis partibus, sub dicta pena, quod dicti arbitri possent inquirere et pronunciare utrum prior de Chamarcio possit ducere unum chalannum de uno frusto ligni per dictam aquam. Debet autem proferri et terminari dictum superius memoratum infra festum sancti Martini hyemale, nisi de

[1] En juin 1435, frère Adam du Fay, gouverneur et administrateur de la Boissière, passe bail du moulin à blé à 2 roues et dépendances avec une noue, emprès le pont des Chaussées, pour 6 muids de grain, 15 sols tournois et demi quarteron d'anguilles. Ledit maître loue aussi le moulin Foullerez de la Boissière, sis sur la rivière du Loir, pour 7 livres tournois : « quand il sera faulte d'eau, les moulins à blé ne feront tourner leurs roues que aux jours ordonnez d'ancienneté et pareillement le preneur du moulin à drap. » (Marquis, curé d'Illiers.)

consensu partium terminus fuerit prorogatus. Datum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo primo, mense septembri.

Nos autem, super premissis diligenti inquisitione facta, auditis partium confessionibus, termino usque ad instantem Purificationem beate Marie a nobis et a partibus prorogato, partibus presentibus, arbitrando pronunciavimus et statuimus, de bonorum virorum consilio, quod in predicta aqua, infra dictos terminos comprehensa, dicti prior vel monachi, nec per se nec per alios, falcare[1] vel curare poterunt de cetero, nec etiam maliciose eradicare. Et quotiens contingeret quod dicti prior vel monachi in propriis personis in prenominata aqua amodo curarent vel falcarent vel malitiose eradicarent, pro curatione vel falcatione, prior loci, quicumque esset, et prioratus pro pena preceptori de Buxeria centum libras Dunenses solvere tenerentur, et pro eradicatione malitiosa viginti libras. Et etiam si aliquis de eorum familia, de mandato prioris vel alicujus monachi, vel etiam alius de mandato ipsorum, aliquid de predictis attemptaret, ad predictas penas, prout distincte sunt, prior et prioratus Templariis tenerentur. Si vero aliquid de premissis ab aliquo alio, a priore et monachis, appareret factum esse in predicta Mortua-Aqua, et malefactor in predicto maleficio deprehenderetur vel alias posset contra ipsum probari, et ipse diceret de mandato prioris vel alicujus monachorum se hoc fecisse, et prior vel monachus nominatus ab illo malefactore juraret, quod non de mandato suo nec de scientia hoc factum fuisset, nec sciret de cujus mandato factum esset, prior et prioratus a penis supradictis liberarentur; et reponeretur in dicta aqua et in eodem loco

[1] Ce mot est encore traduit par celui de *faucarder*, faucher les herbes. Les riverains du Loir sont tenus de faucarder tous les ans.

illud quod amotum esset quod reperiretur ibidem. Et si non reperiretur ibidem secundum quantitatem materie amote, de consimili materia, ad estimationem magistri domus elemosinarie Castriduni, in eadem aqua poneretur. Si autem malefactor non fuerit deprehensus nec probari poterit quis fecerit illud, et appareat forefactum, prior et monachi de Chamarcio jurabunt se hoc non fecisse nec mandasse quod fieret, nec scire quis illud fecerit, et sic liberabuntur a penis, et de materia amota de dicta aqua idem fiet per omnia, sicut jam supradictum est. Si autem aliquid repertum fuerit super ripas dicte Mortue-Aque de quo dubium sit, utrum fuerit extractum de dicta aqua vel non, super hoc credetur preceptori de Buxeria ibidem residenti per sacramentum suum, si dixerit se credere illud fuisse de aqua predicta extractum, et tunc reponetur illud repertum in dicta aqua per ipsum preceptorem vel ejus mandatum, et in loco de quo diceret per sacramentum suum se credere fuisse extractum, vocatis monachis. Item quando preceptor vel fratres voluerint falcare vel facere falcari Lidum super Mortuam-Aquam, preceptor domus de Buxeria precipiet in virtute obedientie subditis suis quod per nuntium significent priori vel monachis de Chamarcio, apud Chamarcium, quod ipsi veniant vel mittant, si voluerint, ad videndum si aliquid de falcatura devenerit ad alveum Mortue-Aque ad impediendum cursum ejus. Et si aliquid descenderit de dicta falcatura ad dictam aquam, illud solum per dictos monachos vel eorum mandatum sine contradictione aliqua de dicta aqua extrahi poterit. Et si forte hoc non denunciaretur a Templariis vel a nuntio eorumdem priori, vel monachis de Chamarcio apud Chamarcium, tunc monachi non vocati venire possent vel mittere ad faciendum sicut dictum est, dum falcaretur, vel etiam post falcaturam, ad removendum similiter illud quod in dicta

Aqua-Mortua invenirent de falcatura, tantum modo vocatis prius Templariis commode. Qui, si vocati, venire nollent vel mittere, nichilominus illud solum de falcatura per monachos vel mandatum eorum, testibus adhibitis, de dicta aqua amoveretur, ita quod circa hoc excedere non possent monachi, et propter hoc Templarii non incurrerent aliquam penam pecuniariam, et crederetur tam nuntio Templiorum misso ad monachos quam nuntio monachorum misso ad Templarios, fide prestita corporali ab ipsis quantum ad vocationem sive submonitionem ab eis factam ; et si monachi, die falcationis commode vocati, nollent venire vel mittere super impedimento illo, si quod esset per falcaturam, de cetero non audirentur quantum ad illam falcaturam. Item diximus quod si monachi vel alius aliquod obstaculum ad impediendum cursum aque predicte malitiose positum in ore alvei vel infra terminos predictos dicte Mortue-Aque repererint, monachi vel eorum mandatum, vocatis commode Templariis de Buxeria ad hoc videndum, de dicta aqua illud solum poterunt amovere. Et si Templarii vocati noluerint venire vel mittere[1], monachi vel eorum mandatum illud solum poterunt amovere, et credetur nuntio monachorum ad Templarios misso per fidem suam super vocatione ab ipso ipsis facta Et si preceptor domus de Buxeria et fratres requisiti a monachis voluerint jurare quod nec ipsi nec per ipsos illud obstaculum fuit positum in dicta aqua, nec sciverint nec sciunt quis illud apposuerit, nullam penam incurrent, sin autem solvent viginti libras Dunenses pro pena priori de Chamarcio. Si vero dubium fuerit utrum maliciose in dicta aqua obstaculum repertum positum fuerit, vel non credetur priori

[1] Ce passage « mittere... voluerint » a été omis dans le *Cartulaire Dunois de MM.*

de Chamarcio, jam generaliter jurato super hoc, si dixerit quod maliciose fuerit appositum, tunc per dictum priorem vel ejus mandatum, vocatis Templariis, sicut superius dictum est, adhibitis testibus, removebitur ; si autem apparuerit aliquid ab alveo dicte Mortue-Aque amotum vel extractum vel etiam in ipso alveo adportatum esse per inundationem aquarum, quod adportatum fuerit ibi remanebit, et quod amotum vel absportatum fuerit in dicta aqua non reponetur. Item per arbitrium nostrum diximus et statuimus quod prior et monachi de Chamartio vel eorum mandatum de cetero ducere poterunt unum chalannum de uno frusto ligni per dictam Mortuam-Aquam infra predictos terminos comprehensam[1], et si Templarii vel eorum mandatum prohiberent vel impedirent ne dictum chalannum per predictam aquam duceretur, priori de Chamarcio centum libras Dunenses pro pena solvere tenerentur. Et si Templarii dubitarent ne malicia fieret in chalanno, illud quando vellent possent videre commode intus et extra. Item Oliverus, prior de Chamarcio, et frater Petrus, preceptor de Buxeria, et eorum successores ad invicem requisiti jurabunt quod supradicta omnia, prout ad ipsos pertinent, fideliter observabunt, et pro posse suo a suis subditis facient observari. Supradicta vero omnia juramenta coram decano christianitatis Castriduni vel ejus mandato quandocumque necesse fuerit prestabuntur. Item diximus, de consensu partium, quod omnes lites mote a Templariis contra monachos de Chamarcio et eorum homines, et e converso occasione dictarum controversiarum usque ad presentem diem,

[1] En 1421, la rivière du Loir, à partir de la Roche-de-Marboué, pour venir à la Boissière, appartenait à Jehan Guérin, bourgeois de Châteaudun, avec une noue, près la justice, vers la Roche Cette partie de rivière s'appelait rivière de Billoue Le rivage du Loir, au delà de la Boissière, en dehors des foussez de Monseigneur était occupée par des poulies. On louait un siège de poulie 3 sols 9 deniers. (Marquis, curé d'Illiers.)

in pace de cetero remanebunt. In cujus rei robur et testimonium presentem paginam scribi fecimus et roboravimus nostrorum munimine sigillorum. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo primo, mense decembri.

*Archives départementales d'Eure-et-Loir.* — *Archives Nationales.* M 14, n° 44. — *Cartulaire Dunois*, p. 224.

Les variantes assez nombreuses ont été relevées par M. de Janssens.

## CIX

### Décembre 1231.

*Thibaud le Maire donne aux Templiers de Sours plusieurs pièces de terre à Louville.*

Omnibus presentes litteras inspecturis, magister M. officialis archidiaconi Carnotensis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Theobaldus Maior[1], in nostra presentia constitutus, de voluntate et assentu uxoris sue Heloisis, scilicet religiosis viris Templariis de Sors in puram et perpetuam elemosinam concessit quamdam peciam sitam terre apud Loarvillam, IV sextarios seminis capientem, et aliam peciam sitam in via de molendino ad ventum... et aliam... juxta terram defuncti Nevelonis... que dicta Heloisis habebat ratione dotalicii.... Actum anno M. CC. XXX. primo, mense decembri.

*Archives Nationales*, S. 1999 A, n° 72.

## CX

### Décembre 1232.

*Vente d'un pré près le grand étang de Sours, aux Templiers du même lieu.*

Omnibus.... Noverit universitas vestra quod Ernaudus Faber, Richaudus Theobaldus, dictus Faber, et Agnes

[1] Thibauld le Maire était-il un descendant du célèbre Eudes le Maire, de Chalo-Saint-Mars, près Etampes, qui, étant allé en pèlerinage à Jérusalem au lieu et place du roi Philippe Ier, aurait été ennobli lui et toute sa postérité, les filles ennoblissant leurs maris. Voir sur cet étonnant privilège, qui se maintint jusqu'à la Révolution, l'étude de M. Noël Vallois dans l'*Annuaire de la Société de l'Histoire de France.*

uxores eorum. recognoverunt se vendidisse fratribus militie Templi de Sors.. peciam prati sub stagno majori, apud Soors. . pro XL solidis Carnotensium. .. Anno M CC XXX II, mense decembri.

*Archives Nationales*, S. 4999 A, 23.

## CXI

## 1232.

*Hugues du Chatelier, avec l'assentiment de ses frères, donne aux Templiers une dîme sise près Mesloart à Poupry.*

Omnibus presentes litteras inspecturis, magister Robertus, officialis Aurelianensis, in Domino salutem. Noverint universi quod in nostra presentia constitutus Hugo de Chateliers senior, miles, recognovit se in puram et perpetuam elemosinam contulisse fratribus milicie Templi duas partes decime tocius terre quam ipsi fratres habent apud Mesloars, in parrochia de Porpriaco, et terciam partem decime terre ipsius Hugonis que fuit defuncti Renaudi Manselli, apud Porpriacum site. Hanc siquidem donacionem Adam de Chateliers, miles, Jodoinus, Girardus et Guillermus, fratres, filii dicti Hugonis, coram nobis voluerunt, laudaverunt.. et quittaverunt. Preterea Hugo de Chateliers junior miles, de cujus feodo res predicte movere dicebantur, dictam donacionem coram nobis voluit et laudavit et feodum penitus admortificavit,.... et quittavit... In cujus rei memoriam ac testimonium presentes litteras fieri et sigillo curie Aurelianensis, salvo jure domini episcopi per omnia, fecimus roborari. Actum anno Domini M. CC. tricesimo secundo.

*Archives Nationales,* M. 13, n° 44. Original en parchemin.

## CXII

Avril 1233.

*Hervé, seigneur de Châteauneuf, de Brezolles et de la Ferté, et Alix sa femme donnent aux Templiers en perpétuelle aumône tout ce qu'ils avaient à Champseru, fiefs et domaine, et approuvent pareille donation faite par Hugues du Feuillet.* Bibl. Mazarine, Mss. 3367, f. 47, v°).

Noverint universi tam presentes quam futuri quod ego Herveus de Castro-Novo, miles, dominus Bruerolarum et Feritatis in Pertico, ex assensu et voluntate Aaliz, uxoris mee, et omnium heredum meorum, dedi et concessi fratribus milicie Templi in perpetuam, liberam et quietam elemosinam totum id quod habebam in villa que vocatur Champserru, tam in feodo quam in dominio, predictis fratribus habendum et tenendum, juste et pacifice, libere et quiete, ut perpetuam et liberam elemosinam, ab omnibus secularibus serviciis et exactionibus absolutam, absque calumpnia, reclamatione, vexatione et molestatione de cetero mei et heredum meorum. Et etiam sciendum est quod tale servicium quod Reginardus Bordeir, mihi vel heredibus meis debebat de feodo quod de me tenebat, illud idem servicium de prefato feodo tenentur dictus R. vel heredes ipsius predictis fratribus exhibere. Preterea nullo casu emergente ego H. vel heredes mei in prefato dono a me facto et in perpetuum elemosinato possumus facere justiciam nec debemus, sed predictum donum adversus omnes gentes sepedictis fratribus garantizare tenemus. Et insuper volui, et laudavi, et approbavi donum illud perpetue elemosinatum quod Hugo de

Foillose[1] miles fecit eisdem fratribus super hiis omnibus que habebat in villa superius memorata, sicut continetur plenius et exprimitur in litteris ejusdem Hugonis, quas dicti fratres habent penes se super dono ipsis ab eodem facto et, ut dictum est, in perpetuum elemosinato. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli mei approbatione volui confirmari. Actum anno Domini M° CC° XXX° tercio, mense aprili.

*Archives Nationales*, S. 4976, n° 4, parchemin ; et n° 1, traduction française.

## CXIII

Juillet 1233.

*Girard Le Chat, chevalier, vend aux Templiers dix deniers de cens sur la maison de Gautier Bernoin, rue de l'Aiguillerie, à Châteaudun, pour 6 livres dunoises.*

Omnibus presentes litteras inspecturis, Girardus Cati, miles, in Domino salutem. Ad noticiam omnium cupio pervenire quod ego vendidi fratribus milicie Templi de Buseria decem denarios censuales quos habebam in domo Galterii Bernoin, in Aguleria Castriduni, in qua manet idem Galterus, et omne jus et omnem servitutem sive redibicionem quam habere poteram in dicta domo, precio sex librarum Dunensium mihi jam solutarum a dictis fratribus ; et ad dictam vendicionem garantizandam et defendendam bona fide et sine fraude fide corporali pres-

[1] La charte de donation est semblable mot pour mot à celle-ci, jusqu'au mot garantizare. En voici l'incipit et l'explicit : « Noverint. ... quod ego Hugo de Foillose miles, ex assensu et voluntate Hodierne, uxoris mee, etc .garantizare tenemus. Quod ut robur obtineat... sigilli mei testimonio roboravi. Actum anno Domini MCCXXX tercio, mense aprili. (*Arch. nat.* S. 4976, n° 2).

« Gaufridus Bollain, ex assensu et voluntate Agnetis uxoris mee et Andree filii mei primogeniti, et omnium heredum meorum » approuve, comme seigneur féodal les donations de Hervé de Châteauneuf et de Hugues du Feuillet, dans les mêmes termes et à la même date (*Ibid.*, S. 4976, n° 5).

tita a me erga dictos fratres me astrinxi. Hanc eciam vendicionem similiter fecit, et voluit, et concessit Gaufridus Cati, pater meus, et Matheus, filius meus primogenitus, et Alicia, et Johanna, filie mee, et Epiphania, uxor mea, dictam vendicionem concesserunt spontanee et de plano, et fidem dederunt corporalem quod de cetero contra dictam vendicionem non venient, nec jure hereditario, nec jure dotalicii, nec alio jure dictam vendicionem attemptabunt infirmare. In cujus rei robur et testimonium presentes litteras dictis fratribus dedi et sigilli mei munimine confirmavi. Actum anno Domini M° CC° XXX tercio, mense julio.

*Archives Nationales*, S. 5000 A, n° 5, parchemin scellé sur lacs de parchemin d'un sceau en cire blanche, armorié d'un écu où sont empreints trois pals et un franc-quartier. Légende : ✝ SIGILLVM. GIRARDI. LECHAT.

## CXIV

### Juillet 1233.

*Robert d'Ymonville donne aux Templiers sa dîme de Sours. Colin Martel et Avesgot de Saint-Prest approuvent cette aumône.*

Universis. . Colinus Martel et Avelina, uxor ejus, donacionem et elemosinam quam Robertus de Imonvilla, miles, fecit militibus milicie Templi, de quadam decima sita in parrochia de Soors, in feodo dicti Colini, etc., quam Robertus tenebat de Gaufrido, fratre suo, et idem Gaufridus ab Avagoto de Sancto-Prisco[1] milite, et Ame-

[1] L'approbation de ce dernier commence ainsi : « Ego Avagotus de Sancto-Prisco, miles, et Amelina ejus uxor., donationem quam Robertus de Imonvilla... etc .- Philippo Avegoto et Johanna. filiis nostris laudantibus.... MCCXXXIII. mense julio » (*Archives nationales*, M. 14. n° 46 et 47 ; s. 4999 A, n° 27. vidimus )

lina ejus uxore, et ipse Avagotus et ejus uxor, a dicto Colino . laudaverunt . et concesserunt .. Datum anno MCCXXXIII, mense julio.

*Archives Nationales*, M, 14, n° 45, parchemin avec lacs de soie rouge ; et S. 4999, A, 27, vidimus.

## CXV

### Mars 1233 (N. S. 1234).

*Eudes Craton, chevalier, donne en pure aumône aux Templiers de la Boissière la dîme de ses vignes et terres de la paroisse de Saint-Valérien de Châteaudun Les Templiers la donnent à bail à Etienne Morel*

Galterius, permissione divina Carnotensis ecclesie minister humilis, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noveritis quod Odo Craton, miles, in nostra presentia constitutus, totam decimam quam habebat tam in vineis quam in terris apud Castridunum, in parrochia Sancti-Valeriani, dedit in puram et perpetuam elemosinam. et concessit fratribus milicie Templi apud Buxeriam commorantibus, sine retentione... possidendam. Hanc autem elemosinationem voluerunt et concesserunt Alitia, uxor dicti Odonis, Gaufridus et Henricus, fratres ipsius Odonis . Dicti vero fratres milicie Templi fructus ejusdem decime concesserunt Stephano Morelli, burgensi de Castriduno, et Odeline ejus uxori, quamdiu ambo vel alter eorum vixerit . presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo tercio, mense martio.

*Archives Nationales*, M, 14 n° 48. parchemin muni des lacs de soie rouge.

## CXVI

Mai 1234.

*Guillaume de Chartres et Jean de Pray abandonnent au Temple de la Boissière les vignes données par feu Thomas Gastevin.*

Omnibus... Goherius decanus Castriduni salutem in Domino. Noveritis quod Willemus de Carnoto et Johannes de Pereio et filii eorum et uxor dicti Johannis, scilicet Hauis, in nostra presentia constituti, pro remedio animarum suarum, voluerunt et concesserunt . quod fratres milicie Templi de Buxeria teneant et pacifice possideant omnes vineas que fuerunt defuncti Thome Gastevin condam templarii, quas dictus Thomas dictis fratribus elemosinavit .. Anno Domini MCCXXXIV, mense maio.

*Archives Nationales*, S. 5000 A, nº 31.

## CXVII

Novembre 1234.

*Hugues de Feuillet donne aux Templiers la quatrième partie du champart de Champseru et deux sols sur le moulin de Montulé.*

Universis presentes litteras inspecturis Jacobus, archidiaconus Drocensis, salutem. Noverit universitas vestra quod Hugo de Folosa, miles, et Hodierna, ejus uxor, de assensu et voluntate Beatricis, filie eorumdem, et Roberti de Botigne, militis, mariti dicte Beatricis, dederunt in puram et perpetuam elemosinam fratribus milicie Templi de Villa-Dei in Dorgensi, totum hoc quod habebant apud Champseru, scilicet quartam partem campipartium

de Champseru, tredecim solidos Carnotenses, tribus devariis minus, annui redditus apud Champseru, et duos solidos Carnotenses annui redditus quos habebant in molendino de Montule... juraverunt, etc... Anno Domini M.CC.XXXIV, mense novembri.

*Archives Nationales*, S. 4976, n° 6. — *Biblioth. Mazarine*. Mss. 3367, f. 48.

## CXVIII

Mardi 10 janvier 1234 (N. S. 1235).

*Accord entre les Templiers de Sours et plusieurs particuliers au sujet des terres ayant appartenu à Jodouin Estournel et Hugues Coret et données par Nivelon et Eremburge, sa femme.*

Omnibus presentes litteras inspecturis, magister Robertus, officialis curie Carnotensis, salutem in Domino. Noveritis quod cum inter fratres militie Templi de Soors, ex una parte, et Thomam Sochet, Gervasium Pinot, et Mariam et Aaliciam eorum uxores, ex altera, contentio verteretur super quibusdam terris apud Soors, que fuerunt Jodoini Estornel, et super quadam pecia terre que fuit Hugonis Coret, sita juxta culturam Templariorum, quas omnes terras dicebant dicti fratres sibi collatas fuisse in elemosinam a defuncto Nevelone et Eremburgi, ejus uxore, tandem dicte partes super dicta contentione composuerunt inter se in hunc modum, quod prenominati Thomas etc... dictam elemosinationem factam a dictis Nivelone et ejus uxore de terris que fuerunt dicti Jodoini... laudaverunt; dicta pecia terre sita juxta culturam dictis Thome et Gervasio remanente... ... sigilli curie

Carnotensis munimine fecimus roborari. Actum anno Domini M. CC. XXX. IV. mense januario, die martis post Epiphaniam Domini.

*Archives Nationales.* S 4999. A. n° 5.

## CXIX

4 janvier 1235, (N.-S. 1236).

*Sentence et accord par lesquels la vicomtesse de Châteaudun reconnaît les dons faits aux Templiers par Guillaume d'Orroir, lorsqu'il partit pour Jérusalem, savoir : 3 arpents de vigne à Montmirail et la métairie de la Butardière.*

Abbas et prior Beate-Marie de Cagia et magister P. de Acra, canonicus Meldensis, judices a domino papa delegati, omnibus presentes litteras inspecturis, in Domino salutem. Notum facimus universis quod cum fratres milicie Templi proposuissent in jure coram nobis contra nobilem dominam A. quondam vicecomitissam Castriduni, quod, quando Guillelmus de Orreio iter arripuit Jherolime, ipse G. dedit dictis magistro et fratribus in perpetuam elemosinam, si in dicta peregrinatione decederet, tres agripennos vinearum sitarum apud Montem-Mirabilem et quamdam medietariam que vocatur La Butardiere, et hospites quos habebat apud Meleray, libere et quiete et pacifice a dictis fratribus possidenda, et in eadem causa, jure ordinario per omnia observato, eisdem fratribus omnia supradicta per deffinitivam sententiam adjudicavimus... Tandem eadem nobilis... approbavit... et quamdiu bailum terre Galcheri de Sancto-Paulo tenebit

defendet.... Datum anno Domini M° CC° XXX° quinto, in octavis Sanctorum Innocentium.

*Archives Nationales*, S. 5005, n° 8.

## CXX

### Avril 1236

*Etienne Morel et sa femme donnent aux Templiers un pré situé au Gué-Valin et tous leurs biens meubles présents et futurs après leur mort. En retour les Templiers leur assurent la jouissance leur vie durant de leur maison près l'église Saint-Valérien de Châteaudun.*

Goherius, decanus Castriduni, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noveritis quod Stephanus Morelli et Odelina uxor sua in nostra presentia constituti, pie, karitative, in puram et perpetuam elemosinam Deo et fratribus militie Templi de Buxeria dederunt et concesserunt pratum suum quod habebant apud Vadum-Vaalini situm,..... dederunt etiam omnia sua mobilia et omnia sua acquiramenta facta et facienda, retento sibi usufructu solo, . quamdiu ambo vixerint.. Dicti vero fratres, non immemores, non ingrati, dictis Stephano et Odeline tradiderunt et concesserunt usum et habitationem sue domus site juxta ecclesiam Sancti-Valeriani Castriduni, quamdiu vixerint.... Datum anno gratie M° CC° XXX° sexto, mense aprili.

*Archives Nationales*, S, 5000 A, n° 19; le n° 20 est le vidimus du précédent, daté de 1247.

## CXXI

Mai 1236.

*Geoffroy Halou, de Châteaudun, vend aux Templiers un demi-arpent de vigne sis près de la Boissière*

Gaufridus, Dunensis archidiaconus, universis..... noveritis quod Gaufridus Halou de Castriduno, concedent uxore sua Hodeburgi, pro amore Dei et salute anime sue et anime patris sui, unius arpenti vinee site super Buxeriam in censiva Gilduini Trossel, militis, juxta viam Carnoti, medietatem contulit in perpetuam elemosinam fratribus militie Templi, pro xx libris Turonensium... Anno Domini. MCCXXVI, mense maio.

*Archives Nationales*, S. 5000 A, n° 32.

## CXXII

Novembre 1236

*Etienne de Corthon vend au précepteur de Sours 25 arpents de terre à Bonville ; Héloise de Saint-Cheron vend également 12 sextiers de froment et 12 d'avoine qu'elle prélevait sur cette terre.*

Omnibus... Noverit.. quod Stephanus de Corthon et Ermeniardis uxor ejus in nostra presentia constituti recognoverunt se vendidisse Baldoino preceptori ballivie Carnotensis et Johanni preceptori domus de Sors, fratribus milicie Templi, xxv arpenta terre site apud Bonvilla, que movet de feodo dictorum fratrum pro LX libris Turonensium. Alicia vero, mater dicte E., quicquid juris ibi habebat, ratione dotalicii, de mandato et voluntate Durandi mariti sui,... resignavit.. Domina etiam Haloysis

de Sancto-Karauno XXI sextaria, duodecim scilicet bladi et novem avene, que habebat in terra predicta confessa est se vendidisse pro XVI libris Turonensium... Anno Domini M CC XXXVI, mense novembri.

*Archives Nationales*, S, 4999, A. n° 55, Le n° 22 de la même liasse est l'échange d'une maison pour une autre, à Chartres, sans autre désignation, entre Arnoul Mello et les Templiers, 1236, janvier.

## CXXIII

Décembre 1236

*Guy de Mondoucet approuve la donation d'une terre sise à Coulonges, dans le fief des vicomtes de Châteaudun, faite aux Templiers par son oncle Philippe de Mondoucet.*

Noverint universi presentem paginam inspecturi quod ego, Guido de Montedulci, miles, laudo et concedo fratribus milicie Templi donum illud quod Philippus de Monte-Dulci, miles, avunculus meus, dedit eisdem fratribus in perpetuam elemosinam, videlicet medietatem tocius quarte partis quam habebat et possidebat apud Celoognes, in medietaria vicecomitis Castriduni, predictis fratribus libere et pacifice in perpetuum possidendam. In cujus rei testimonium et munimen ego Guido, ad cujus feodum dicta medietaria pertinet, presentes litteras prefatis fratribus dedi ac sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mense decembri.

*Archives Nationales*, S 5000 A, n° 68, scellé du sceau armorié de Guy de Mondoucet, qui est un burelé semé de croisettes sans nombre, publié dans le *Cartulaire de Saint-Denis*, p 134 ; légende : ✝ S. GVID (onis) D (e) (Mondou) CET. Le n° 69 des *Archives Nationales* est un vidimus de 1247, donné par l'abbé de Sainte-Geneviève de Paris et par le prieur, scellé de leurs sceaux ; sur celui du prieur, on voit, à gauche, une main tenant un bâton et à droite une autre main tenant une cloche par la corde.

## CXXIV

Août 1237.

*Accord entre les Templiers, Hugues de Montigny et Nivelon de Bourg-Guérin par lequel ceux-ci reconnaissent qu'ils n'ont point droit de prélever une trousse de foin sur les prés de Prelles.*

Universis presentes litteras inspecturis, G. vicecomes Castriduni, salutem in Domino. Noveritis quod cum contencio verteretur inter religiosos viros fratres militie Templi, ex una parte, et dominum Hugonem de Montigniaco, ex altera, super hoc quod dominus Nevelo de Burgo-Garini dicebat se habere annuatim unam troussam herbe[1] in pratis sitis apud Praelles, quam defunctus Raginaldus Paganus eisdem fratribus in elemosinam contulerat, et super hoc garantiret, sicut in litteris patris sui continebatur ; tandem de dicta contentione compromiserunt in me dicte partes tali modo quod quicquid componerem vel dicerem de dicta contentione ratum et firmum ab utraque parte observaretur. Habito prudentum virorum consilio, prius diligenter inquisita veritate, composui de dicta contentione, et per dictum meum dixi quod dictus Hugo predicta prata eisdem fratribus a predicta troussa garantiret, ita quod predictus Nevelo in eisdem pratis predictam troussam herbe de cetero non habebit. In cujus dicti memoriam eisdem fratribus presentes litteras dedi sigilli mei munimine roboratas. Datum anno Domini M° CC° XXX septimo, mense augusto.

*Archives Nationales*, M. 14, n° 50.

[1] D'après Du Cange, une trousse de foin était équivalente au tiers d'une charretée de foin pesant 900 à 1000 livres. Ailleurs, elle ne s'élevait qu'à trois quintaux.

## CXXV

Septembre 1237.

*Gohier de Lanneray voulait prélever sur les hommes des Templiers une redevance pour droit de lignage. Le délégué apostolique instruisit la cause, et Julienne, veuve de Gohier, reconnut l'injustice de cette exaction; les Templiers ne lui réclameront point les frais du procès tant qu'ils jouiront en paix de ce droit.*

Universis presentes litteras inspecturis Germundus, decanus Meldensis, domini pape capellanus, judex unicus a Sede apostolica delegatus, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum controversia mota fuisset olim coram nobis, auctoritate apostolica, et processum eciam in eodem negotio usque ad publicationem testium et ultra inter fratres militie Templi, ex una parte, et defunctum Gaufredum de Lanereio, militem, ex altera, super jure et possessione lennagii de Pontibus, quod dictus miles exigebat ab hominibus Templi ad mortagium, et extorquebat injuste, sicut dicti fratres asserebant, a cujus exactione lennagii et servitute dicebant iidem fratres dictos homines esse de jure immunes et liberos; tandem, cum ipsi fratres, post mortem antedicti Gaufridi, prosequerentur dictum negocium, in jure coram nobis, contra Julianam, ejus relictam, et eorumdem liberos, secundum ante acta contra memoratum Gaufredum habita coram nobis, ipsa relicta, pro se et dictis liberis, quos habet in ballo, confessa est coram nobis in jure spontanea et de plano, per procuratorem ad hoc specialiter ab ea destinatum, fratres antedictos movisse justam causam pro eorum hominibus, coram nobis, super jure et possessione predictis, et eosdem homines esse debere liberos et immunes a prestatione dicti lennagii... et promisit, *etc*... Et concessum fuit ex parte Templariorum quod sumptus et expensas easdem non peterent donec contingeret dictam Julia-

nam vel aliquem de liberis suis dictos homines... super dicto lennagio molestare... ...appensione sigilli nostri litteris istis... Actum anno gracie M° CC° XXX° septimo, mense septembri.

*Archives Nationales*, M, 14, n° 49, scellé d'un sceau en cire brune ou est représentée une colombe.

## CXXVI

Janvier 1238 (N. S. 1239).

*Geoffroy Craton, Eude et Henri ses frères, donnent en aumône aux Templiers de la Boissière, cinq sextiers de terre aux Ormes et à l'Epine-Giroart.*

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Gaufridus Craton, et Odo, et Henricus, fratres mei, quinque sextarias terre semeure, tres sextarios sitos ad Ulmos, apud Rochefort, et duos sextarios sitos juxta Spinam-Giroart, dedimus in puram et perpetuam elemosinam et concessimus fratribus militie Templi, apud Buxeriam commorantibus, sine retentione seu reclamatione aliqua, etc. Dicti vero fratres milicie Templi fructus ejusdem terre concesserunt Stephano Morelli, burgensi suo de Castriduno, quamdiu vixerit percipiendos. Post vero decessum dicti Stephani, dicta terra ad prefatos fratres milicie Templi plene et libere revertetur. Quod ut ratum et stabile permaneret, ego Gaufridus, et Odo, frater meus, miles, presentes litteras fecimus conscribi et sigillorum nostrorum munimine confirmari. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo octavo, mense januario.

*Archives Nationales*, S. 5000 A, n° 4.

## CXXVII

Lundi, 20 juin 1239.

*Alberic, évêque de Chartres, écrit au maître du Temple d'Arville de payer à l'abbaye de Saint-Avit une rente d'un demi-muid sur le moulin de Launay, près Saumerais.*

A. divina miseratione Carnotensis episcopus dilecto filio in Christo magistro domus militie Templi de Aridavilla[1], salutem et sinceram dilectionem. Mandamus vobis et vos monemus quatenus dimidium modium bladi annui redditus, quod dilecta in Christo filia abbatissa et conventus Sancti-Aviti Castridunensis in molendinis de Launeio, juxta Salmerium, ab antiquo habuerunt[2], in cujus bladi solutione pro quinque annis est cessatum, cum omnibus arreragiis dictorum quinque annorum, sine difficultate aliqua persolvatis et persolvi faciatis. Maxime cum quibusdam ordinis et domus vestre fratribus super eis loquuti fuerimus, qui nobis responderunt dictum bladum predictis abbatisse et conventui in dicto molendino deberi, et quod procurarent quod dictum bladum solveretur; nec tamen eorum promissio effectum habuerit, sicut a dictis abbatissa et conventu nobis est insinuatum. Quod si monitioni nostre parere nolueritis, nos ad dictum molendinum quod de nostro movet feodo, per fideles nostros qui illud a nobis habent in feodum, assignari fa-

[1] En 1380, frère Jehan Le Tort, commandeur d'Arville, donnait à bail la commanderie de Chartrain.

En 1394, frère Jehan Le Tort[1] commandeur d'Arville, commis à gouverner la commanderie de Chartrain reconnait devoir à Mgr Oudart de Cloies, chevalier, en la personne de Michel Le Charron, son procureur, 9 muids de blé et 9 muids d'avoine pour cause de la moitié des dîmes de Chatillon (en Dunois).

(*Communication de M. l'abbé Marquis*).

[2] Cette rente aurait été donnée à l'abbaye de Saint-Avit en 1227, par Renaud d'Arville, d'après le témoignage de l'abbé Bordas (*Chorographie du Dunois, article Arville*, p. 27). L'acte de cette donation est perdu.

ciemus. Nos enim sustinere nec possumus nec debemus quod dicta ecclesia jure suo defraudetur. Datum Castriduni, anno Domini MCCXXXIX, die lune ante festum beati Johannis Baptiste.

*Biblioth. d'Orléans, mss. Polluche*, 435$^{bis}$. — *Cartulaire mss. de Saint-Avit de Châteaudun*, n° 131 (*Archives de la Société Dunoise*). Nous devons la copie de cette pièce à M. Lecesne, président de la Société Dunoise.

## CXXVIII

Septembre 1240.

*Achat de 4 arpents de terre à Marifousse par les Templiers de Sours.*

Universis . Guillelmus dictus Papion, armiger, vendidit . . fratribus Templi de Sors IV arpenta terre, apud locum que dicitur Marifouse . . . pro precio IV librarum Carnotensium . ., que data fuerant Guillelmo a defuncta Helisendi, quondam uxore Poolini, civis Carnotensis . . Johannes Papion, frater approbavit . . . Anno Domini MCC°XL, mense septembri.

*Archives Nationales*, S. 4999 A, n° 44.

## CXXIX

Juin 1242.

*Achat d'une terre à Sours de Nicolas Tueveille.*

Universis... noveritis... quod Nicolaus dictus Tueveille recognovit se vendidisse... fratribus militie Templi de Soors unam terram... pro precio CC librarum Carnotensis monete... Agnes, mater ejus, et Maria ejus uxor concesserunt... Datum anno MCCXLII, mense junio.

*Archives Nationales*, S. 4999, n° 21.

## CXXX

Avril 1243.

*Nicolas d'Aunay, chevalier, ayant légué aux Templiers 20 sols parisis de rente, son fils Guillaume d'Aunay les échange pour deux setiers d'hybernage ou blé méteil, première qualité.*

Omnibus presentes litteras inspecturis, Eustachius de Cosmoes, miles, salutem. Notum facio ego Eustachius quod defunctus Nicholaus de Alneto, miles, legavit in ultima voluntate sua in elemosinam domui fratrum milicie Templi, XX solidos Parisienses annuatim reddendos super quarta parte tocius terre sue de Bonavalle... pro quibus XX solidis dominus Guillelmus de Alneto, miles, filius dicti Nicolai, dedit et concedit dictis fratribus... duos sextariatos hybernagii de meliori, etc... Anno MCCXLIII, mense aprili.

*Archives Nationales*, S. 5001, B, n° 9.

## CXXXI

Août 1243.

*Jean de Sours, Jacqueline, sa femme, et Geoffroy Percheron, écuyer, se désistent de tous leurs droits sur différentes dîmes à Sours en faveur de Colin Martel et d'Aveline, sa femme; ces derniers d'autre part donnent une partie de ces dîmes aux Templiers et leur vendent l'autre.*

Omnibus presentes litteras inspecturis officialis curie Carnotensis, salutem in Domino. Noverint universi quod Johannes de Soors, miles, et Jaquelina, uxor sua, in nostra presentia in jure constituti recognoverunt se penitus quittavisse in perpetuum Colino Martel et Aveline ejus uxori quicquid juris isdem Johannes, miles, et ejus uxor,

habebant seu habere poterant, quacumque ratione, in omnibus decimis, tam grossis quam minutis, sitis in territorio de Soors, videlicet in tota terra que dicitur de Josaphath, et in tota terra Gaufridi de Chenaio, et in tota terra Roberti de Coeton, et in tota terra Petri de Mosteriolo, et in tota terra Jacobi de Nemore, nec non et in tota terra Philippi Avagot, militum, et in tota terra que dicitur de la Burdinière, in qua prior de la Burdinière numerat, et in tota terra de Bello-Loco, apud Longam-Fossam, et etiam in tota terra in quo Robertus de Coeton, miles, capit campi partem, et in tota terra monachorum de Leurevilla, et in tota terra in qua fratres milicie Templi numerant, et in omnibus terris quas dicti fratres acquisierant, in quibus dicti Johannes et Jacquelina ejus uxor aliquid ratione decime habebant vel habere debebant, et in tota terra Archembaudi de Silvestrivilla, sita in territorio de Soors, et in omnibus aliis locis sitis in territorio de Soors, quorum decime ad dictum Johannem et ejus uxorem quocumque modo pertinebant. Prefata vero Jacquelina... fidem prestitit... quod nichil... reclamaret. Insuper Gaufridus dictus Percheron, armiger, quicquid juris habebat... ratione successionis, aut caduci, aut alio quocumque modo, in omnibus et singulis decimis supradictis Colino et Aveline, ejus uxori, penitus... quittavit... Preterea notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod cum prefati Colinus, et ejus uxor et predicti fratres milicie Templi de Soors haberent et perciperent annuatim medietatem omnium decimarum locorum supradictorum, videlicet dicti fratres milicie Templi quartam partem omnium dictarum decimarum et dicti Colinus et ejus uxor alteram quartam partem, quam tenebant in feodum, ut dicebat, a Johanne milite memorato, excepta tantummodo quarte parte illius quarte partis... iidem Colinus et Avelina ejus uxor quintam partem omnium predictarum grossarum decimarum, et quicquid habebant in minutis decimis predicti territo-

rii de Soors, prefatis fratribus milicie Templi, pietatis intuitu, in puram et perpetuam elemosinam coram nobis contulerunt, et totum residuum predicte partis dictarum decimarum, et omne illud quod tam prefati Johannes miles et ejus uxor, quam prefatus Gaufridus eisdem quittaverant... prefatis fratribus milicie Templi vendiderunt... pro precio quater viginti et decem librarum Turonensis monete... Promittentes etc. ....... et prefatus Gaufridus et Nevelo, filius dicti Colini,... prefatam elemosinationem et venditionem approbaverunt... In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum curie Carnotensis duximus apponendum. Datum anno Domini M. ducentesimo quadragesimo tercio, mense augusto.

*Archives Nationales*, M. 14, n° 52.

## CXXXII

Août 1243.

*Jean de Sours, chevalier, approuve le don fait par Colin Martel aux Templiers d'une partie de sa dîme à Sours.*

Ego Johannes de Soors, miles, notum facio... quod cum Colinus Martel, armiger, et Avelina, ejus uxor, contulerint in puram et perpetuam elemosinam fratribus milicie Templi.... quintam partem quarte partis decimarum de Soors, quam quartam partem eidem Colino ego Johannes et Gaufridus Percheron, armiger, quittaveramus..... laudo, approbo[1], etc. Anno MCCXLIII, mense augusto.

*Archives Nationales*, M. 14, n° 51 ; S. 4999; A, n° 27, vidimus.

[1] L'acte fut également approuvé par : Symon de Gaseran, chevalier, au mois de septembre 1243, dans les mêmes termes (*Archives Nationales*, S. 4999, A. n° 27.

## CXXXIII

Août 1243.

*Jean de Sours vend aux Templiers, pour la somme de dix livres, une rente de trois setiers de grains que son père Raignaud de Sours avait eu droit de percevoir sur la grange de Sours par un accord conclu avec lesdits religieux.*

Ego Johannes de Soors, miles, notum facio tam presentibus quam futuris quod cum Raginaldus de Soors, quondam miles, pater meus, et ego Johannes, post mortem dicti patris mei, haberemus et perciperemus annuatim tres sextarios bladi, videlicet duos frumenti et unum avene, in granchia fratrum milicie Templi de Soors, nomine annui redditus, per quamdam compositionem initam inter dictum R. patrem meum, et fratres supradictos, ego Johannes de Soors, miles, predictum redditum prefatis fratribus vendidi tandem pro decem libris Turonensis monete, de quibus est michi a dictis fratribus plenarie satisfactum in pecunia numerata; et promisi, etc. In cujus rei testimonium et perpetuam memoriam presentes litteras dictis fratribus dedi sigilli mei impressione roboratas, anno Domini M° CC° XL° tercio, mense augusto[1].

*Archives Nationales*, S. 4999, A, n° 6, parchemin scellé en cire blanche, d'un sceau à l'écu cotticé.

## CXXXIV

Décembre 1243.

*Donation par Thibaud de Chaudon et Alix, sa femme, de quatre arpents et demi de terre à l'Hôpital de Champagne.*

Philippus de Saucai, miles, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverint universi quod

[1] Un autre acte fut délivré dans les mêmes termes par l'official de Chartres. Il contient cependant en plus l'approbation de Colin Martel : « Pretera Colinus, dictus Martel et Avelina ejus uxor dictam venditionem voluerunt... Anno Domini MCCXLIII, mense augusto. » (Ibid., S. 4999, A, n° 7).

dominus Theobaudus de Chaudon, vicecomes, et Aales, uxor sua, non coacta, etc. et heres suus, Guido, pro remedio animarum suarum et antecessorum suorum, elemosinaverunt quatuor arpenta et dimidium arpentum terre arabilis, sita inter Touchias et Muciam, domui Hospitalis Jerusalem de Campaniis[1] in perpetuum possidenda... Dictus vero Th. vicecomes... assensu A. uxoris sue, et filii sui Guidonis... voluit... Ego sigilli mei munimine roboravi.... Actum anno Domini M. CC. XL. III. mense decembri.

*Archives Nationales*, S. 4982, n° 7.

## CXXXV

19 avril 1244.

*Legs d'une maison par Robert le Cordonier aux Templiers de Sours.*

Universis presentes litteras inspecturis, Officialis curie Carnotensis salutem in Domino. Noveritis quod Robertus le Sutor, de Soors, recognovit quod ipse et defuncta Maria, quondam uxor sua, dum viveret dicta defuncta, quandam domum suam[2], sitam apud Soors, in chemino inter duas vias fratribus milicie Templi in puram et perpetuam elemosinam contulerunt habendam et possiden-

[1] Le 9 juillet 1391, Charles, roi de France, prend sous sa protection et sauvegarde de maintenir et garder en possession et saisine tous les biens appartenant à frère Jean de la Court, religieux de Saint-Jean de Jérusalem, commandeur de Champagne (*Biblioth. Mazarine*, mss. 3367, f. 9).

[2] En avril 1248, Geoffroy Chatte et Théophanie, sa femme, élevèrent plusieurs réclamations au sujet de cette maison et reçurent huit livres chartraines : « Universis... contentio erat inter frates militie Templi de Sours ex una parte et Gaufridum dictum Chatte et Theophaniam ejus uxorem super domo... que fuit defuncti Roberti Sutoris... Tandem dicti Gaufridus et ejus uxor recognoverunt se recepisse octo libras Carnotenses.... Datum anno D MCC XLVIII. » *Archives Nationales*, S. 4999, A. n° 29.

dam post decessum eorum.... sigillum... Datum anno Domini M. CC, XLIV mense aprili.

*Achives Nationales*, S. 4999, A. n° 19.

## CXXXV

May 1245

*Acte en parchemin et en latin par lequel Hervé de Chateauneuf et sa femme ratifient la donnation de la Villedieu et ses dépendances faites auxdits frères du Temple par Ernaud, chevalier et seigneur de la Ferté au Perche[1], l'an 1245, au mois de may.*

## CXXXVI

Juillet 1245.

*Guillaume d'Ormoy, écuyer, reconnaît aux Templiers de la Boissière, la paisible possession de trois mines de terre léguées par feu Bourgouing. Robin de Chavernay, seigneur du fief, donne son approbation.*

Universis... Guillelmus de Ormeio, armiger,... voluit et concessit coram fratribus milicie Templi de Boisseria, quod ipsi in perpetuum teneant... sine omni redibencia... tres minas terre semeure, sitas apud Urmoi, in valleia de Thouvilla, juxta terras Isabellis de Apreinvilla, dictis fratribus a defuncto Borgoing quondam elemosinatas...... Robinus vero de Chaverneio armiger, filius defuncti Henrici de Chaverneio, militis, dominus capitalis feodi.......voluit, concessit.... etc. Actum anno MCCXLV°, mense julio.

*Archives Nationales*, S. 5000 A. n° 4.

[1] Au fol. 8 du même manuscrit, est mentionnée une autre donation de « Ernauld de la Ferté en 1278 et au folio 76 v° un acte sans date par lequel Ernault de la Ferté déclare qu'il donne à Dieu, à la sainte Vierge aux frères du Temple de la Villedieu en Drugesin et de Pelle l'usage du bois mort dans son bois des Agneaux, droit de pasture pour leurs bestiaux, etc. » (*Biblioth. Mazarine*, mss. 3361, fol. 6 v°).

## CXXXVII

### Juillet 1245.

*Accord entre Guillaume d'Ormoy, fils d'Aubert d'Ormoy, et les Templiers de la Boissière pour la libre jouissance d'une terre. près la Léproserie de Bonneval. Guillaume percevra chaque année deux deniers de cens. Approbation de Guillaume de Louasville, seigneur féodal.*

Universis..... cum inter Willelmum de Ormeio armigerum, filium Auberti de Ormeio, ex una parte, et fratres milicie Templi de Boissseria, ex altera, esset contentio, super peciam terre site inter domum Leprosarie Bonevallis et Bonavallem, juxta cheminum Chartrain, quem tenent fratres ratione elemosine sibi a Roberto Chaveran defuncto facte, quam terram dictus Willelmus dicebat de feodo suo esse... Tamdem confessus est dictus W. se composuisse et quod quittaverat dictam terram sub annuo censu duorum' denariorum... Willelmus vero de Loivilla, armiger, dominus capitalis feodi, voluit et laudavit... Actum anno Domini MCCXL quinto, mense julio.

*Archives Nationales*, S. 5001 B, nº 10. Au mois de septembre suivant, Guillaume donnait ces deux sols de cens aux mêmes Templiers : « Willelmus de Urmoi, armiger ; concessit... fratribus milicie Templi de Boisseria in perpetuam elemosinam duos denarios censuales apud Bonavallem super terram Roberti Chaveran. Isabellis, uxor dicti Guillelmi,... laudavit MCCXLV... mense septembri. »

(*Ibidem* S. 5001, nº 11).

## CXXXVIII

### Octobre 1249.

*Guillaume et Jodoin Troussel reconnaissent aux Templiers la libre possession d'un arpent de vigne dans le faubourg Anteaume à Châteaudun et reçoivent en retour 20 sous dunois.*

Omnibus presentes litteras inspecturis, officialis archidiaconi Dunensis, salutem in Domino. Noverint universi

quod Guillelmus Troussel et Jodoinus, fratres, filii et heredes defuncti Jodoini Troussel, militis, in nostra presentia constituti voluerunt et concesserunt quod fratres milicie Templi de Buxeria, juxta Castridunum, quoddam arpentum vinee quod habent retro pressorium dictorum fratrum, in censiva dictorum armigerorum, in vico quod dicitur Ante-Aume, teneant in perpetuum et possideant pro octo denariis censualibus, in festo nativitatis beate Marie virginis, eisdem armigeris annuatim persolvendis, salva tamen emenda dictis armigeris vel eorum heredibus, si dictus census in dicta nativitate minime solveretur, promittentes, etc... confessi sunt a dictis fratribus se viginti solidos Dunenses recepisse in pecunia numerata..... Actum anno Domini M° CC° XL° nono, mense octobri.

*Archives Nationales*, S. 5000 A, n° 35, parchemin scellé du sceau de l'archidiacre.

## CXXXIX

Janvier 1251 N. S. 1252.

*Jean de Sours approuve la vente faite aux Templiers par Nicolas Martel et Robin de Houville, des dîmes qu'ils percevaient à Generville, Chandres et Brétigny, à Sours, pour 100 livres parisis.*

Ego Johannes de Sours[1], miles, notum facio universis, tam presentibus quam futuris, quod cum Nicholaus dictus Martel et Avelina, ejus uxor, soror mea, et Robinus de Houvilla, armiger, et Ysabellis ejus uxor, filia mea, omnes et totas decimas quas habebant et percipere consuerant apud Genervillam, et apud Chandres, et apud Brintingniacum, et in territoriis earumdem villarum, in parrochia de Sours sitarum, fratribus domus milicie Templi de Sours vendiderunt pro centum libris Parisiensibus, et heedem decime moveant de feodo meo, ita scilicet

quod predicti Nicholaus et ejus uxor, et dicti Robinus et ejus uxor, easdem decimas a me immediate tenebunt in feodum, et ego Johannes predictum feodum a domino Simone de Gaserano milite[1] tenere dignoscor, ego Johannes venditionem istam... ratam habeo... garandizabo... presentibus litteris duxi sigillum meum apponendum. Datum anno Domini M° CC° L. primo, mense januario[2].

*Archives Nationales*, M, 14, n° 54, parchemin scellé du sceau de Jean de Sours, armorié d'un écu coticé ; légende : « † S. IOHANNIS. MILITIS.DE.ZUEWRS (*sic*).

## CXL

### Juillet 1252.

*« Comme Philippe de Alence confirma le don que nous feit Philippe du Troncay d'une pièce de terre qu'il auoit achetée de Alix la Regnarde au fief de Troncay. »*

Ego Philippus de Alence, miles, notum facio universis quod Philippus de Tronceio, miles, condam avonculus meus, de assensu Ameline, uxoris sue, pro salute anime sue et antecessorum suorum dedit et concessit Deo, preceptori et fratribus milicie Templi de Villa-Dei in Drogesino in puram et perpetuam elemosinam quamdam pieceiam (*sic*) terre quam idem Philippus emit Aalesi Larenarde sitam in feodo de Tronceio, inter terram Roberti

[1] Simon de Gaseran approuva cette vente dans des termes identiques et à la même date, janvier 1251, (1252) (*Ibidem*, M. 14, n° 53, et S. 4999. A, n° 27 vidimus), et une seconde fois en mars 1253 (M, 14, n° 57 et S. 4999 A. 27).

Enfin l'official de Chartres rédigea un acte sur le même objet ; il ajoute cependant un détail nouveau :

« ... Quas venditionem et quittationem Nevelo de Maschereio, miles, et Johanna, ejus uxor ; Johannes de Soors miles et Jacquelina ejus uxor, et Gaufridus Percheron... concesserunt... Sigillo curie Carnot. sigillavimus. Datum anno Domini M° CC° LI, mense januario (M, 14. n° 55).

[2] Jean de Sours avait déjà donné un acte sur le même objet, mais moins détaillé en novembre 1251 (*Ibidem*, S. 4999A, n° 27) ; il en donna un troisième daté de mars 1253 (S. 4999A, 27).

dicti Acelini, ex una parte, et terram Tirelini, ex altera, in perpetum a dictis fratribus libere et quiete in perpetuum (*sic*) possidendam. Hanc autem donacionem et elemosinacionem dicte pieceie terre site in meo feodo volui, concessi et eciam approbavi,et obligavi me et heredes meos dictis fratribus in perpetuum ; presentes litteras sigilli mei, de assensu Mabilie,uxoris mee, munimine confirmavi. Datum anno Domini M° CC° L° secundo, mense julii.

*Archives Nationales*, S. 4974, n° 1, parchemin. Analyse dans le mss. 3367, f. 27, de la *Bibl. Mazarine*.

## CXLI

(Janvier 1254, N. S. 1255).

*Gilot et Geoffroy Gaudin se donnent eux et tous leurs biens, savoir 4 muids de terre à Viabon dans le territoire de Hoche, aux Templiers. Les seigneurs féodaux, Guillaume et Jean Gaudin et Hemeric Chenart approuvent cette donation.*

Universis presentes litteras inspecturis, Guillelmus dictus Gaudin et Johannes dictus Gaudin ; Hemericus dictus Chenart, et Philippus dictus Chenart, de Aufains, milites, salutem in Domino. Noveritis quod Gilotus dictus Gaudin et Gaufridus dictus Gaudin, fratres, filii dicti Guillelmi Gaudin, militis, de voluntate et assensu ejusdem Guillelmi patris sui, et omnium nostrum, se et sua bona que habebant domui milicie Templi Jerosolomitani et ejusdem domus fratribus contulerunt, inspiratione divina. Que quidem bona talia sunt, scilicet quatuor modii terre semeure site in parochia de Viabonn in territorio de Hoe, quas terras predicti fratres Gilotus scilicet et Gaufridus de consensu et voluntate nostra predicte domui et fratribus ejusdem domus contulerunt, a fratribus dicte domus in perpetuum tenendas et possidendas pacifice. Et ego Guillelmus Gaudin, pater dicto-

rum duorum fratrum, filiorum meorum, et ego Johannes Gaudin, de cujus feodo movent dicte terre et ego Hemericus Chenart, tercius dominus ejusdem feodi, predictam collationem volumus, concedimus et approbamus... promittentes, etc.... presentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, mense januario.

*Archives Nationales*, S. 4999 A, n° 8, parchemin scellé en cire verte. Le n° 12 de la même liasse est le même acte donné par l'official de Chartres, scellé de son sceau.

## CXLII

### Mars 1254 (N. S. 1255).

*Gaucher de Rochefort, seigneur du Puiset, approuve la donation faite par les membres de la famille Gaudin.*

Universis presentes litteras inspecturis ego Galcherus de Rupe-forti, dominus de Puteolo, notum facio quod ego factam religiosis viris preceptori et fratribus domorum milicie Templi in Francia donacionem a Guillelmo Gaudin milite et a Gileto et Gaufrido filiis ejusdem Guillelmi de terra ad quatuor modios se minis sita in terra et dominio meo de Puteolo in parrochia scilicet de Viabon, in territorio quod Hoche vulgarite appellatur, volens, laudans et approbans promitto quod contra donacionem non veniam in futurum etc., presentibus litteris sigillum meum apposui. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto mense marcio)...

*Archives Nationales*, S. 4999 A, n° 10. Original en parchemin, scellé en cire blanche du sceau de Gauchet du Puiset. C'est un sceau équestre, le cheval galopant à droite et houssé, le cavalier, casque en tête, l'épée levée de la main droite, tient de la main gauche son écu armorié d'un lion rampant. Les mêmes armoiries sont au contre-sceau : légendes : S. GALCHERII. DE RVPE FORTI. MILITIS.

*Ibidem* n° 1, vidimus donné par « Guido, Dei gratia episcopus Lingonensis », et n° 15, autre vidimus de l'official d'Orléans, date de 1721.

## CXLIII

### Janvier 1254 (N. S. 1255).

*Vente aux Templiers de la Boissière, par Gervais Potet, écuyer, de 12 deniers de cens sur les vignes desdits Templiers, sises à la Broce.*

Omnibus presentes litteras inspecturis, noverint universi quod Gervasius, dictus Potet, armiger... recognovit se vendidisse religiosis viris preceptori et fratribus milicie Templi in Francia, XII denarios census quos habebat apud Castridunum, super vineis dictorum preceptoris et fratrum, que fuerunt Johannis Andri, intra domum de Bruxeria, et villam que vocatur Brocia, in clauso videlicet qui vocatur la Pointe, pro XII libris Dunensium.... et Beatrix uxor dicti Gervasii promisit, fide data... quod ratione dotis, etc... nihil reclamabit.... Nicholaus Potet, miles frater Gervasii, et Radulphus Potet, miles, et Robinus Potet, armiger... annuerunt..... Datum anno Domini MCCLIV, mense januario.

*Archives Nationales*, S. 5000, A. 23.

## CXLIV

### Juin 1257

*Accord entre les Templiers de Marigny et du Bois-Fautray et Guillaume de Marigny, par lequel celui-ci concède aux hommes des Templiers le droit de pâture dans ses bois de Marigny, excepté dans le plessis de la Chapelle, et avec défense de faire pâturer pendant trois ans et demi après chaque coupe.*

Universis presentes litteras inspecturis, Guillelmus de Marigneio, armiger, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum contentio mota esset inter me, ex una parte, et homines milicie templi de Marigneio, ex altera, et de bosco Fautre, scilicet ex eo quod dicti homines pete-

bant communes pasturas omnibus animalibus suis in nemoribus meis de Marigneio, tandem ex concilio proborum hominum et fide dignorum, dicta contentio sopita fuit in hunc modum, videlicet ita quod dicti homines milicie Templi et heredes sui habebunt communes parturas... in cunctis nemoribus de Marigneio, exceptis plessiacis de Capella, ita videlicet quod ego, jamdictus Guillelmus, potero tertiam partem nemorum vendere, secare, sed in illa parte secta, animalia dictorum hominum ante securim poterunt pascere, post autem securim non, usque ad etatem trium annorum et dimidium : sed in alias partes habebunt pasturas communes...... sed animalia sepedictorum hominum.... in brocia de Roigeria semper habebunt communes pasturas.... Quod autem ista pactio firma et stabilis permaneat.... dominus Gillebertus de Marcouvilla, miles, ad istam pactionem componendam interfuit et fieri composuit, his litteris sigillum apponi duxit in prima cauda, et ego sepedictus Guillelmus armiger de Marigneio, una cum sigillo Hugonis fratris mei, qui hanc similiter voluit et laudavit, sigillum meum presentibus litteris apponì dignum duxi, in secunda cauda, et sigillum Hugonis fratris mei in tertia. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, mense junio.

Sigillum Gilleberti de Marcouvilla militis[1]. Sigillum Guillelmi de Marigneio armigeri. Sigillum Hugonis de Margneio armigeri.

*Archives Nationales*, S. 4977, n$^{os}$ 21 et 25, parchemin autrefois scellé de 3 sceaux.

[1] En 1383 et 1405, nous trouvons Perette de Marcouville, mariée à Robert de Beaumont dans deux actes relatifs aux Templiers.

I. « A tous... Noble homme Robert de Beaumont, escuier, et damoiselle Perette de Marcouville, sa femme (nomment Guillaume Prévoust, paroissien de Vitrey, leur procureur général et messager spécial. . pour leurs négoces, 11 juillet 1333. » (*Archives Nationales*, S. 4975, n° 8).

II. « Robert de Beaumont, escuyer, seigneur de Marcouville et Perrette sa femme, donnent a bail une assiette de moulin assis à la Guilerie, appelle le nouvel, joste Saint-Ange, en la rivière de Blaise.... pour 30 souls tournois, MCCCC et cinq. le onzième de juillet. » (*Archives Nationales*, S. 4976, n° 9).

## CXLV

### Août 1257

*Bail de quatre arpents de terre par Guillaume de Luisant à Geoffroy de la Varennes avec l'approbation de Hélisende de Houdouenn, veuve d'Hémeric de Charonville.*

Ego Helisendis de Hodoene[1], relicta Hemerici de Charonville, notum facio universis presentes litteras inspecturis quod Guillelmus de Lucenti armiger... concessit Godefrido de Varenna et ejus heredibus ad annuum censum quatuor arpentorum terre semeure... in feodo meo, quos dicto Guillelmo dederam in elemosinam... sigillo meo una cum sigillo dicti Guillelmi. Datum anno MCCLVII, mense augusto.

*Archives Nationales* S. 4999 A. n° 71, parchemin scellé du sceau ogival de Hélisende. Il porte gravée une fleur de lis à haute tige avec deux branches de chaque côté terminées par une fleur de lis ordinaire, seul le sommet de la tige porte cinq pétales.

## CXLVI

### Août 1257.

*Jean de Chatillon reconnaît les possessions, droits et justices des Templiers de la Boissière, mais ils ne pourront vendre leurs vins pendant le ban du comte à Châteaudun, reconnaîtront la franchise de la maison du comte, près Saint-Valerien et de sa grande et petite justice.*

Universis... Johannes de Castellione, comes Blesensis et dominus de Avenis, et Aalipais, nobilis mulier, ejus

[1] Elle est appelée « Elisent de Odoerne, femme jadis feu Hervé de Charonville, escuier » dans un autre bail de trois arpents de terre à Geoffroy de la Varenne, daté de la même année (*Ibidem*, S. 4699 A. n° 67).

uxor, salutem in Domino. Noverint universi quod cum inter nos... et fratres milicie Templi contentio verteretur super domibus, possessionibus, justiciis[1], etc... dictorum fratrum... tandem nos concedimus quod omnia jura que acquisierunt in villa nostra Castriduni, prope ecclesiam Sancti-Valeriani[2] sit libera. , magnam vero justiciam et parvam dicti fratres nobis quittaverunt. . Anno Domini MCLVII.

*Archives Nationales*, S. 5000 A, n° 25

## CXLVII

### Avril 1258.

*Pierre du Mee approuve les possessions des Templiers de la Boissière dans ses fiefs ou arrièrefiefs, en particulier leurs droits sur le marché aux harengs.*

Universis presentes litteras inspecturis, ego Petrus de Mesio, miles, notum facio quod ego, pro amore Dei et pro

[1] Les comtes de Blois avaient pris également les Templiers sous leur protection puissante. Ces religieux possédaient à Blois même plusieurs rentes ; en particulier une rente de 8 livres et demie donnée par le comte Hugues de Châtillon et Mathilde, comtesse de Blois et de Saint-Paul, sa femme, sur les revenus de la boucherie de Blois que le maître des bouchers « per manus magistri carnificum » devait leur payer chaque année à la Toussaint et à la Saint-Jean. (*Archives Nationales*, S. 5002 B, n° 19 et 20). En 1236, les Templiers avaient fait un échange avec les chanoines de Saint-Sauveur, à savoir d'un cens de 26 deniers sur la maison de Laurent Larcher et sur deux métiers situés dans la Sparterie ou Greneterie de Blois, pour six deniers de cens sur la maison de Guiard de Rucay, scise dans la grande rue de la porte Chartraine, et 20 deniers de rente sur les foires de Blois. *Ibidem*, n° 24). Enfin en 1264, Garin, abbé de Saint-Laumer, fit aussi échange avec les Templiers de plusieurs cens assis à Blois sur la Bretonnerie, sur le faubourg Chartrain, sur le quartier de Blois, sur les maisons d'Eudes le Cordonnier, d'Eudes de la Ferté, de Jean de Villebresme, de Hervé de Soyn, d'Eudes de l'Eau et sur la maison de la Croix dans le grand faubourg. (*Ibidem*, n° 25) ; de même Jeanne, comtesse d'Alençon et de Blois, leur amortit la maison de « feu Ode li Cor doannier ». (*Ibidem*, n° 17).

[2] En 1408, « Perrin Damoiseau, de Saint-Valérien de Chateaudun, et Perrin Avelines de Membrolles prirent à loyer, des frères de l'hôpital de Saint-Jean de Jérusalem, la maison qu'ils possédaient près Saint-Valérien, avec le verger. Cette maison était contigue, par derrière, au puits appelé le puits aux Chanvrières, et d'un côté au cimetière de Saint-Valérien, 1408. » (Communication de M. l'abbé Marquis).

